



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

24 Iacobus Nisibenus fonti, & puellis maledixit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- sensum habere allegoricum, & supra in  
pœnam peccati facta suisse, ut homo ex  
via, hoc est, per terræ sterilitatem pu-  
niretur, Sanctus Thomas 2, 2, q. 76, art.  
1, in respons. cap. & ut serpens homini insi-  
diaretur, & perpetua inter ipsos interce-  
deret inimicitia, Gen. d, cap. 3.
23. Deo enim † cali, terræ, & universo-  
rum, quæ in eis sunt, conditori, Genes.  
cap. 1, cuncta, sive rationalia sint, sive ir-  
rationalia, promptè serviant, & obe-  
dient, uti omnipotenti. Id simile ple-  
rumque præstiterunt sancti homines vir-  
tute Dei operantis, qui est mirabilis in  
sanctis suis, Psalm. 67, in fin. His montes,  
aqua, demones, feræ, aliaque universi  
generis animalia paruisse leguntur. Ac de  
miris hujusmodi sanctorum operibus ple-  
nitè passim habentur historiæ, sed illud  
divinitus speciali prærogativa illis con-  
cessum suisse co. stat, ut testatur Proph.  
in d. Psalm. 67. ver. mirabilis Deus &c. &  
in sa crisi litteris abundè probatur.
24. Iacobus Nisibenus Episcopus † des-  
cedens in Persidem, juxta fontem puel-  
læ quædam objecta verecundia, detecto  
capite detractilque vestibus impudenti-  
bus oculis sanctum virum spectabant:  
quam rem vir Dei agrè ferens, volensque  
divinam virtutem ad tempus pluribus  
manifestam facere, fonti maledixit, &  
confestim aquarum cursus exaruit, ma-  
ledixit etiam puellis, & impudentiarum  
juventutem immatura canicie punivit:  
Nam cum res verbum subsecuta esset:  
capillorum nigredo in candorem mutata  
est, ita ut puellæ novis arborum plantis  
similes evaderent, quas verno tempore  
appropinquante, autumnalibus folijs 27  
langue videmus in Philot. & Majol. de

admir. nat. reb. coll. 4, §, non semper, pag.  
mibi 166.

Ceterum † non valet argumentum  
ab hominibus peccatoribus ad Deum,  
aut ad ejus sanctos. Quia est contra re-  
gulas dialepticorum argumentari à mi-  
norī ad majus affirmative, ut post Bald.  
in l. conventicula, C. de Episc. & Cler.  
quem citat tenet Navar. in cons. 30. se-  
cundum ultimam impressionem Romanam,  
num. 1. de pœnit. & remiss. tom. 2.

Sanctis † non solum locusta, sed etiam  
quadrupedes, & aves coeli divina virtute  
paruere. Corui, quando molestissimi  
sua garrulitate sancto Cuthberto, & fra-  
tribus fuerant in insula Farnæ, iussi abi-  
re, omnes ab insula exularunt, sancti viri  
præcepto obsecuti, & quando ex eis unus  
ad ejus pedes convolans, velut erroris  
sui veriam petijt, illi parcens vir sanctus,  
ut in insula solus ipse degeret cum socia,  
permisit: at ille mox evolans, & sociam  
inventam reducit, & soli in insula ex omni  
coruorum multitudine permanserunt,  
fugatis alijs non modo coruis, verum  
etiam alijs avibus, quæ, aut quieti mona-  
chorum, aut frugibus damna inferrent,  
ut testatur Bed. in vita ejusdem Sandi  
Cuthberti apud Surium, cap. 19. & 29. tom.  
2. & idem Majol. eod. lib. colloq. 6. § sanā,  
qua pag. 294. & Deus pavit Heliam per  
corvos, qui deferebant ei panem, & car-  
nes vesperi, ut 3. Reg. cap. 17. idem  
Paulo primo eremita annonam in detri-  
to ministrarunt, jubente Deo. Hieron.  
tom. 1. idem, & alijs innumeris Deicul-  
toribus contigit, quos longum esset re-  
cessere.

Thesauri, † Hierico anathematizati  
leguntur: sed propter peccatum civium  
166.